UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput XXV. Quomodo Ecclesiâ turbatâ Respublica quoque male affecta fuit. Et de Stilicone Honorii comite.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

τῆς πρὸς ἀρσάκιον κοινωνίας, καὶ πορφύριον τοῦτον καὶ θεόφιλον τὸν ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, σπουδῇ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις δυνατῶν, νόμος ἐτέθη τοὺς ὀρθῶς δοξάζοντας ἐκτὸς τῶν ἐκκλησιῶν μὴ συνιέναι· τοὺς δὲ μὴ κοινωνοῦντας αὐτοῖς, ἐλαύνεσθαι.

A gratiam communionis Arſacii & hujus quem diximus Porphyrii, & Theophili Alexandriæ Epiſcopi, ſtudio eorum qui in palatio plurimum poterant, lata lex eſt, ne Orthodoxi extra Eccleſias convenirent, utque ii qui cum ſupradictis non communicarent, expellerentur.

Κεφ. κέ.

Ὅτι τῆς ἐκκλησίας κακῶς ἐχούσης, καὶ τὰ κοσμικὰ κακῶς διέκειντο πράγματα, καὶ τὰ κατὰ στελίχωνα τὸν ὀνωρίου στρατηγόν.

ΠΕρὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον, ὡς ἐπίπαν συνενεχθὲν εὑρεῖν ἐστιν ἐν ταῖς τῶν ἱερέων διχονοίαις, καὶ τὰ κοινὰ θορύβων καὶ ταραχῆς ἐπειράθη· καὶ οὖννοι μὲν τὸν ἴστρον περαιωθέντες, τὰς θρᾴκας ἐδῄουν· οἱ δὲ ἐν ἰσαυρίᾳ λῃσταὶ εἰς πλῆθος ἀθροισθέντες, μέχρι καρῶν καὶ φοινίκων, τὰς ἐν μέσῳ πόλεις καὶ κώμας ἐκακούργουν. στελίχων δὲ ὁ ὀνωρίου στρατηγὸς, ἀνὴρ εἴπερ τις πώποτε ἐν πολλῇ δυνάμει γεγενημένος, ῥωμαίων τε καὶ βαρβάρων τοὺς νέους πειθομένους ἔχων, εἰς ἔχθραν καταστὰς τοῖς ἀρκαδίου C ἄρχουσιν, ἐβεβούλευτο πρὸς ἑαυτὰ συγκροῦσαι τὰ βασίλεια, καὶ στρατηγοῦ ῥωμαίων ἀξίωμα περὶ ὀνωρίου προξενήσας ἀλαρίχῳ τῷ ἡγουμένῳ τῶν γότθων, ἰλλυριοῖς ἐπανέστησεν· ὑπαρχόν τε αὐτῶν καταστάντα ἰόβιον προπέμψας, συνέθετο συνδραμεῖσθαι μετὰ τῶν ῥωμαίων στρατιωτῶν, ὡς δῆθεν καὶ τοὺς τῇδε ὑπηκόους ὑπὸ τὴν ὀνωρίου ἡγεμονίαν ποιῆσαι. παραλαβὼν δὲ ἀλάριχος τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν ἐκ τῆς πρὸς τῇ δαλματίᾳ καὶ παννονίᾳ βαρβάρου γῆς οὗ διῆγεν, ἧκεν εἰς τὰς ἠπείρους· καὶ συχνὸν ἐνταῦθα προσμείνας χρόνον, ἐπανῆλθεν εἰς ἰταλίαν. μέλλων γὰρ ἐκδημεῖν D ὡς ὡμολόγησε στελίχων, ὀνωρίου γράμμασιν ἐπεσχέθη. καὶ τὰ μὲν ἐν τούτοις ἦν.

Caput XXV.

Quomodo Eccleſiâ turbatâ Reſpublica quoque male affecta fuit. Et de Stilicone Honorii comite.

B

EOdem tempore, ſicut in ſacerdotum diſſenſionibus fere eveniſſe reperies, Reſpublica quoq; turbis ac motibus agitata eſt. Etenim Hunni trajecto Iſtro, Thraciam vaſtarunt. Latrones quoque Iſauri, coacta ingenti multitudine, urbes omnes quæ inter Cariam & Phœnicen interjacent, unà cum vicis populati ſunt. Adhæc Stilico Magiſter militum Honorii, vir omnium ſui temporis potentiſſimus, qui Romanorum & Barbarorum juventutem ſibi obſequentem habebat, cum adverſus Arcadii comites inimicitias ſuſcepiſſet, utrumque Imperium mutuo inter ſe committere decrevit. Cumque Alarico Gothorum Duci dignitatem Magiſtri militum ab Honorio impetraviſſet, eum adverſus Illyrios direxit. Præmiſſoque Jovio qui Præfectus Prætorii creatus fuerat, pollicitus eſt, ſe cum Romanis militibus adventurum, ut eam Provinciam Honorii ditioni adjungeret. Igitur Alaricus aſſumptis quibus præerat Gothis, ex Barbarorum regione ubi degebat, quæ eſt juxta Dalmatiam ac Pannoniam, in Epirum venit. Ubi cum diu moratus fuiſſet, in Italiam reverſus eſt. Etenim Stilico, cum profecturus eſſet, ſicut inter ipſos convenerat, Honorii literis fuerat retardatus. Et hæc quidem ita ſe habebant.

Κεφ. κϛ'.

Ἐπιστολαὶ δύο ἰννοκεντίου πάπα ῥώμης, πρὸς τὸν χρυσόστομον ἰωάννην, καὶ πρὸς τὸν κλῆρον κωνσταντινουπόλεως ὑπὲρ ἰωάννου.

ΜΑθὼν δὲ ἰννοκέντιος ὁ ῥωμαίων ἐπίσκοπος, τὰ κατὰ ἰωάννου πεπραγμένα,

Caput XXVI.

Epiſtolæ duæ Innocentii Papæ: altera ad Ioannem Chryſoſtomum, altera ad clerum Conſtantinopolitanum pro Ioanne.

POrro Innocentius Romanæ urbis Epiſcopus, cognitis iis quæ adverſus Joannem geſta fuerant, vehementer